talis voluntatis signum est preceptum. Secundo modo vult aliquid debere non fieri et hoc signum est prohibitio. Tertio modo vult aliquid nec debere fieri nec debere non fieri sed expedire fieri. et hoc signum est consilium. Quarto modo vult aliquid nec debere fieri nec debere non fieri. sed licere fieri. et hoc signum est permissio. Quinto modo vult simpliciter aliquid esse vel fieri et hoc signum est operatio. unde quilibet ad extra dei operatio est signum voluntatis divine. sic effectus sue cause. Sic igitur voluntas divina precipit bona. sicut deum honorare. primum amare. prohibet mala. sicut deum odire. primum ledere. consilium maiora bona. sicut sunt paupertas. virginitas. permittit minora bona. sicut sunt rerum dominium. coniugium. sed operatur generaliter omnia etc. Unde ex his apparet primo quod voluntas divina solum duobus primis modis et non tribus alijs. est lex obligatoria. Secundo quod preceptum et prohibitio sunt signa obligatoria sed non consilium. permissio. aut operatio quod duo prima sunt signa legis obligantis et non alia tria. igitur etc. Tertio patet quod capiendum permissioem ut est signum voluntatis dei non est procedendum. quia deus permittit mala culpe fieri et hoc est contra magistrum in iaz ut magis alibi declarabo. Tertio notandum est quod predicti termini. scilicet preceptum. prohibitio. consilium. permissio. et operatio. non solum supponunt pro divine voluntatis extrinseco signo. sed etiam per ipsius actum intrinseco. Unde iste terminus preceptum non minus proprie supponit per actum intrinseco divine voluntatis quo precipit aliquid fieri seu vult aliquid debere fieri quam per signo extrinseco talis actus et ita de alijs etc. **I** Secunda propositio est quod divine voluntatis signa obligatoria sunt in multiplici differetia. ad cuius probationem aliquem huiusmodi signorum differetie sunt ponende. Prima differetia est quod signorum divine voluntatis quidam sunt naturalia seu naturaliter habita. alia sunt supernaturalia et supernaturaliter data. Signorum vero naturalium quidam sunt a natura immediate. sicut prima principia moralia solum per se habent et lumine naturalis rationis habita. alia sunt a natura mediate. sicut conclusiones morales mediantibus dictis principijs sola naturali ratiocinatione dicte. Sub primo membro continentur illa principia moralia quibus unusquisque compos mentis naturaliter assentit absque eruditione doctorum ut quod cuilibet reddendum est quod suum est quod nulli iniuriandum est. sed sub secundo membro continentur doctrine morales gentilium

Principium

philosophorum et regule vel constitutiones legales principum et maiorum. et de huiusmodi signis dicit apostolus. quod gentes que legem non habent naturaliter que legi sunt faciunt. Signorum autem supernaturalium quedam sunt a deo immediate. scilicet a solo deo data sicut doctrina Christi quo ad illa que ipse docuit in propria persona. De quibus dicit apostolus. Ex olim de loquens patribus in prophetis. nouissime locutus est in filio. etc. Alia sunt a deo mediate. scilicet mediante angelo vel homine puro diuinitus reuelata. sicut lex moysi doctrina Christi quo ad illa que docuerunt apostoli et discipuli eius auctoritate sua. et similiter determinatio ecclesie dei a spiritu sancto inspirata. de quibus dicitur quod spiritus sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. prima Petri primo. Omnia ergo predicta sunt diuine voluntatis signa obligatoria. quia per illa significatur ad que obligatur rationalis creatura. sicut potest ostendi. sed patet intuitu. Secunda differentia est quod signorum diuine voluntatis tam naturalium quam supernaturalium quedam sunt rationali creature interiora. sicut signa mentalia et est naturalis cognitio vel supernaturalis reuelatio mentis de agendis et non agendis in terius informas. Alia sunt exteriora sicut signa vocalia aut scripta. ut est vox audibilis vel scriptura legibilis humana. seu diuina per dictis signis mentalibus exterioribus correspondens. Et ista sunt signa signorum mentalium sicut patet. Tertia differentia est quod signorum interiorum siue mentalium quedam sunt solum apprehensiuia. alia iudicativa. Et iudicatiuum quedam sunt adhesionem cum formidine. alia sunt sine formidine. sed cum certitudine. Et istorum quedam sunt actus. alia sunt habitus. etc. et hec omnia possent ostendi in omnibus predictis signis sed satis patet intuitu. **¶** Tertia propositio est quod diuine voluntatis signum perfectissimum inter omnia est lex Christi seu doctrina. Ad cuius probationem aliquae distinctiones sunt premitte

Prima erit generalis de isto termino lex
Secunda specialis de isto termino lex diuina
Tertia specialior de isto termino lex Christi seu doctrina

Prima distinctio est quod iste terminus lex prout ad propositum pertinet. multipliciter et

pro diuersis sumitur. quandoque pro prima lege. que est lex increata. et sic diffinit Augustinus legem. cxxij. contra Faustum. ut supra dictum est. et libro primo de libero arbitrio. Lex eterna est summa ratio. cui semper obtemperandum est. etc. Quandoque sumitur lex per signum prime legis. quod est lex causata. et sic diffinit Tullius in philo. 5. quod lex nihil aliud est quam recta ratio a numine tracta. imperans honesta. prohibensque contraria. Sed capiendum istum terminum lex pro lege creata adhuc quandoque sumitur generaliter per quamlibet tali naturali lege humana vel diuina. scripta vel non scripta. et sic diffinit Tullius libro secundo de natura deorum. Quod est recti preceptio. prauitque depulsio. Quandoque vero sumitur pro lege naturali. Et sic diffinit Tullius libro de legibus. Quod est ratio insita a natura. que iubet que sunt facienda. prohibetque contraria. Quandoque etiam sumitur specialiter pro lege humana scripta. et sic diffinit Bractius de legibus. quod lex est constitutio scripta. et dist. secunda. Lex est constitutio populi qua maiores naturali cum plebibus aliquando sanxerunt. Et sic quantum iste terminus Lex sit generalis ad omnem legem creatam vel incretam naturalem humanam vel diuinam scriptam vel non scriptam. tamen quandoque restringitur ad unam speciem. **¶** Secunda distinctio est quod iste terminus lex diuina. ut supponit pro lege creata diuinitus inspirata. qualis est lex Moysi vel Christi. Uno modo potest sumi pro aliqua una regula data a deo aliquo precipiente vel prohibente. Alio modo pro aliqua una congregatione plures tales regulas continere. qualiter tota doctrina Christi dicitur lex Christi. Et isto modo sumitur in proposito. Sed capiendum sic adhuc potest sumi stricte pro aliqua tali congregatione solum continente precepta et prohibitiones. quia hec duo solum pertinent ad leges proprie. sicut patet ex dictis. Alio modo potest sumi large pro aliqua tali congregatione. non solum continente precepta et prohibitiones. sed etiam consilia et permissiones testimonialia historiarum verorum exempla imitabilium gestorum. parabolas. prophetias. miracula. sacramenta. permissiones premiorum. comminationes suppliciorum et multa huiusmodi. Que licet non omnia sint de substantia le-

in primū sententiarum

gis proprie. quia nec ligant nec obligant eo quod his nihil imperatur aut prohibetur. ipsa tamen sunt fortissima adiutoria ad legem sustinendam et obseruandam. Ideo ponuntur partes legis diuine communiter dicte. etc.

¶ Tertia distinctio est. quod iste terminus lex Christi seu doctrina Uno modo potest sumi stricte pro congregatione illorum que ipse docuit in propria persona. Alio modo large pro aliqua congregatione illorum et simul eorum que docuerunt. et apostoli et discipuli eius auctoritate sua. et sic sumitur hic. Uno de lex Christi seu doctrina dicitur tota doctrina euangelica. intelligendo per euangelium non solum doctrinam quatuor euangeliorum sed generaliter nouum testamentum. quemadmodum doctrinam suam vocat Paulus euangelium. secunda Thimoth. ij. Sed capiendum sic adhuc potest sumi Uno modo pro talis doctrine veritate. siue sit in mente. in scripto. vel in voce. Alio modo potest sumi pro talis veritatis seu obiecti intellectuali cognitione unde non minus proprie dicitur lex preceptum vel prohibitio ipsa cognitio agendum quam ipsa veritas enuncians quid agendum vel non agendum. Ideo Hugo de sacramento libro primo. par. vi. cap. vi. Quid cognitio faciendorum fuit nisi quedam ad cor hominis facta preceptio. Et quid rursum cognitio vitandorum nisi prohibitio. Nec autem cognitio potest esse multiplex. quia vel solum apprehensiuum vel iudicatum et adhesionem. Et si adhesionem. vel cum formidine vel sine formidine. et cum certitudine. et si cum certitudine. vel potest esse habitualis vel actualis. Et si habitualis vel acquisita vel infusa. Et si actualis vel in habitu acquisito solus. vel ab habitu etiam infuso. sicut posset facilliter declarari. sed patet loquendo. Igitur propriissime lex Christi potest dici fides infusa vel actus eius quo creatura rationalis assentit doctrine Christiane veritatibus. Uno de ad istum sensum posita est secunda pars conclusionis predicte. Et similiter tertia propositio. scilicet quod huiusmodi lex seu doctrina est signum perfectissimum voluntatis diuine. intelligendo de signis datis rationali creature pro statu vite. quia de illis solum loquitur in presenti conclusione et ad istum intellectum patebit propositum per propositiones immediate sequentes. Quarta propositio est quod nec lex naturalis nec lex aliqua humana. nec

lex moysaica spiritualiter intellecta. est perfectissima lex creata. Probatur primo: de lege naturali vel humana satis patet. quia nullus viator ex puris naturalibus sine fide potest perfecte omnia ad que tenetur cognoscere. Nam secundum apostolum. Sine fide impossibile est placere deo. Ad HebrEOS undecimo. Igitur ut supra. Secundo idem apparet de lege Moysaica secundum apostolum. Nihil ad perfectum adduxit lex. Ad HebrEOS septimo. Igitur propositum. etc. Quia propositio est quod nec lex Christi seu doctrina vocalis aut scripta. nec ipsa mentalis solum apprehensiuum. nec adhesionem si non sit ex fide infusa. sed perfectissima lex creata. Probatur. Quia nullus viator per legem Christi sine fidei credulitate potest perfecte omnia ad que tenetur cognoscere vel intelligere. Iuxta illud. Nisi credideritis non intelligetis. Sexta propositio est. quod sola lex Christi seu doctrina. id est. fidei infuse habitus vel actus que viator habet de ea. est sibi perfectissima lex creata. Probatur. Quia nullus viator per aliud signum seu directiuum creatum. nisi per huius fides vel eius actum. perfecte cognoscit omnia ad que tenetur. ut patet ex dictis. Et per huiusmodi signum hoc perfecte cognoscit. ut patet. quia si non tunc catholici fideles operantes secundum directionem fidei Christi non sufficienter operantur ad consequendum salutem. quod est contra illud. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Marci ultimo. quare etc. Unde ex predictis patet responsio ad principale questionis titulum. scilicet qualiter lex Christi seu doctrina est lex perfectissima. et qualiter non. Et similiter patet responsio ad primam questionis articulum scilicet quod lex Christi seu doctrina est in preceptis rectissima. Sic igitur probate sunt predicte propositiones preambule. Ex quibus patet declaratio totius conclusionis tercie. **¶**

Sed ex predicta conclusione et eius declaratione infero aliquas propositiones correlarias. Primum correlarium est quod sicut virtus iusticie solum est in mente et non in scripto vel in voce. sic in ipsa est proprie lex seu regula iuste vite. Patet. quia nullo existente scripto vel voce. adhuc lex esset. nec regule intellectuales que sunt rerum naturalium imagines minus essent seruande. nec homo minus obligaretur ad eas quam si eas legeret et audiret

Principium

Secundus correlarius est qd sicut vox audibilis non est lex proprie sic nec scriptura legibilis sed solum equivoce patet quia vox vel scriptura lex non dicit nisi ea figura vel tropo qua nomen rei vel veritatis signo imponitur vel imagini sicut imago regis rex dicitur. Ideo apparet qd iniuste diffinientes legem diffiniunt eam secundum eius impropriam acceptionem. Nam ut prius patuit gratianus et alij solum diffiniunt legem scriptam.

Tertium correlarius est qd ad legis christi habitalem fidem omnis viator sine ulla excusatione obligatur patet per illud *Matth.* ultimo. Qui non crediderit condemnabitur. Et illud apostoli. Sine fide impossibile est placere. Quartus correlarius est qd a legis christi actuali fide nullus viator nisi sola in capacitate excusatur. Patet quia licet inter homines alij alijs minus sint capaces propter brevitatem intellectus experientie paucitatem aut defectum doctrine vel gratie quare non omnes similiter obligantur ad credendum singula legis explicite et in particulari. Tamen nullus est genus hominum adeo tardum intellectu quod saltem implicite et in universali non possit omnia credere id est quiddam ibi asseritur esse verum. Ideo a tali credulitate actuali habenda loco et tempore nullus omnino excusatur nisi incapacitate parvulus autem et minores ac furiosos ceterosque passionibus mente captos incapaces voco tamque naturali impossibilitate prohibitos et omnino indociles dum his defectibus laborant. Quare sic credere non tenentur.

Quintus correlarius est qd sicut legis christi credulitas non est contra rationem sed per rationem probabilis sic eius credulitas propter rationis probationem non est deo contumeliosa aut displicibilis. Istud correlarium quo ad utramque partem est contra *8. par.* libro de fide et legibus per totum primum tractatum. Quod tamen posset probari ex predictis sed dimitto quia de hac materia tractabo in secundo principio. Sextum correlarium est qd sicut legis christi credulitas est in creature rationalis potestate libera sic ipsa est eterne salutis meritoria. Istud correlarium est quo ad utramque partem contra *Doct.* p. q. primi libri quod tamen posset probari ex predictis sed dimitto quia de hac materia tractabo in tertio principio. Sic igitur circa tertiam conclusionem probare

sunt sex propositiones preambule et inde illare sunt sex propositiones correlative. Et hec de tertia conclusione

Hinc descendo ad

collationem habendam cum duobus magistris meis reuerendis etc. Et intra materiam prime partis prime conclusionis ponam contra eos sex propositiones collativas. Prima et principalis est ista. Sicut sola divina voluntas respectu contingentis futuri potest esse causa inimpedibilis sic solus divinus intellectus respectu veri et futuro contingenti potest esse noticia infallibilis. Prima pars patet ex prima parte dicte conclusionis quia prima causa non potest impediri ab alia sed quilibet alia ab ipsa. Igitur etc.

Secunda probatur quia divinus intellectus respectu veri de futuro contingenti potest esse et de facto est noticia infallibilis et nihil aliud ab eo respectu talis veri potest esse noticia infallibilis igitur etc. consequentia patet et antecedens quo ad primam partem per nunc supponitur quia concedit ab omnibus catholicis. Sed antecedens quo ad secundam partem negat *Thomas Aquinas* etc. qui ponit istam conclusionem qd respectu futuri contingentis a deo potest humano intellectui noticia creata infallibilis communicari quia probat qd hoc si non implicat contradictionem igitur etc. imo videtur fidei consonum dicere qd tale habuerit ipse et etiam quilibet prophetia sit talis noticia.

Sed pro nunc probabiliter teneo oppositum et arguo contra eum sic. Quia ad hoc qd aliqua noticia sit infallibilis requiritur qd non possit esse falsa. Sed omnis noticia creata respectu veri de futuro contingenti potest esse falsa igitur etc. Antecedens quo ad primam partem patet manifeste. Sed quo ad secundam partem probatur qd omne verum de futuro contingenti potest esse falsum ergo omnis noticia creata qua tale indicat esse verum potest esse falsa antecedens patet et consequentia tenet qd non stat qd aliqua noticia sit indicium falsi et non sit falsa similiter ista consequentia conformabitur consequentia. Unde contra eundem magistrum sit hec secunda propositio. Sicut sola divina voluntas aliquid potest non voluisse quod voluit sic solus divinus intellectus aliquid potest non iudicasse quod iudicavit probatur et primo qd si sit verum de deo patet qd deus voluit et iudicavit ab eterno antequam fore et tamen

In primum sententiarum

potest nunquam hoc voluisse aut iudicasse si cur possibile est antequam existat non fore. Sed qd hoc sit verum de solo deo et de nullo alio negat dictus magister qui in secundo correlario predicte conclusionis ponit qd fidelis qui ex fide infusa iudicavit ultimum iudicium fore potest hoc non iudicasse. Quod probatur qd cum hoc quod iudicavit potest ultimum iudicium non fore et si non erit ergo ex fide infusa false iudicavit quod non est dicendum cum fidei non subsit falsum aut dabitur correlarium suum esse verum etc. Sed contra hoc arguo sic quia de nullo intellectu qui iudicavit antichristum vel iudicium fore concedendum est qd potest hoc non iudicasse nisi de illo de quo ista consequentia est bona ista intellectus sic iudicavit ergo sic erit sed de solo intellectu divino et de nullo alio ista consequentia est bona ut patet. Igitur etc. Unde per maiorem declarationem huius et contra eundem magistrum sit hec tertia propositio et est una regula satis utilis meo iudicio qd nulla propositio de possibili negativa cuius affirmativa de preterito correspondens est vera est concedenda de creatura nisi ubi predicatum est iste terminus verum aut falsum aut alius terminus includens alterum istorum in sua ratione diffinitiva. Verbi gratia si ista affirmativa de preterito sit vera Sortes iudicavit ultimum iudicium fore hec negativa de possibili sibi correspondens non est concedenda. Sortes potest non iudicasse ultimum iudicium fore. Quia hoc solum concedendum est de deo propter rationem prius tactam. Si autem hoc concederetur de creatura pari ratione sustineretur qd creatura que voluit a potest non voluisse a et similiter illa que peccavit potest non peccasse et sic qd preteritum potest non fuisse contra articulum parisiensem. Bene tamen concedendum est qd Sortes qui vere iudicavit ultimum iudicium fore potest non iudicasse verum etc. et qd illud quod fuit iudicium verum potest non fuisse iudicium verum et ratione diversitatis alibi ostendat etc. Ex his ergo patet qd ratio huius magistrum non valet quando dicit cum hoc qd fidelis iudicavit etc. stat etc. Concedo enim istud et nego ultra illam consequentiam iudicium non erit ergo talis ex fide false iudicavit sed bene concedo ergo false iudicavit. Unde dico primo qd non est possibile fidei subesse falsum patet quia fides includit qd sic vera et de vero. Dico tamen secundo qd fidei possibile est sub

esse falsum patet quia istud quod de facto subest fidei potest esse falsum. Dico tertio qd illa noticia que fuit fides licet non possit non fuisse noticia aut iudicium tamen potest non fuisse fides aut iudicium verum patet ex dictis et sic dictum contra istum remanet cui me recomendo etc. R. Quarta propositio et principalis est ista contra magistrum Bernardum etc. Sic divine voluntati nihil est causa essendi sic divino intellectui nihil est causa siue causalis ratio cognoscendi. Prima pars patet ex prima parte predicte conclusionis quia per illam cause nihil esse potest causa essendi etc.

Secunda pars sequitur ex prima quia cum in deo sit idem esse velle et intelligere si cur nihil est sibi causa siue causalis ratio essendi sic nec volendi aut intelligendi. Sed hanc secundam partem negat predicte magister qui in una conclusione ponit qd quantum ad divinum intellectum assentiat qd antichristus erit precise propter determinationem voluntatis tamen hoc non potest competere intellectibus creatis. Primam partem probat quia per determinationem divine voluntatis aliquid ponitur in esse futuri. Igitur per illam habet cognosci esse futuri a divino intellectu etc. et sic in hac parte concedit qd divine voluntatis determinatio est ratio cognoscendi intellectui divino. Secundam partem probat quia intellectui creato voluntas non potest esse ratio assentiendi alicui vero. Sed pro nunc non loquimur stare circa secundam partem probatamen qd illa non sit vera vel saltem non sit concedenda sed dubitanda et arguo sibi sic. Deus potest facere aliquem intellectum tante perfectionis et talis conditionis qd ex sola determinatione voluntatis sufficeret assentire qui buscumque veris sibi propositis. Igitur sic assentire potest competere intellectibus creatis consequentia est evidens et antecedens est sibi dubium quia non apparet qd talis intellectus a deo fieri implicet contradictionem et si dicat qd sic ostendat rationem etc. igitur consequens non est ab eo negandum etc. S.

Sed venio ad primam partem unde contra eam sit hec quinta propositio. Sicut divina voluntas nullam habet rationem propter quam determinet ut velit sic divinus intellectus propter divine voluntatis determinationem non assentit qd antichristus erit. Prima pars patet ex dictis secunda pars sequitur ex prima per simile. Secundo probatur quia aliter sequere

Principium

tor q̄ diuine voluntatis determinatio esset intellectui diuino causaliter ratio assentiendi q̄ antichristus erit. falsitas cōsequentis patet ex dictis. Sed cōsequentia tenet. q̄a ista dictio propter dicti habitudinē causales vt clarum est. Tercio probatur quia aliter sequeretur q̄ ista p̄positio causaliter esset vera quia diuina voluntas vult q̄ antichristus erit. diuinus intellectus assentit q̄ antichristus erit. cōsequentia patet. sed falsitas cōsequentis patebit. Unde pro isto et cōtra p̄dictum magister sic hec sexta p̄positio. quam pono pro regula generali. nulla p̄positio causaliter cōsequens signat tanq̄m signatus totale deum velle aut intelligere est vera. p̄prie patet. quia ad veritatem p̄positionis p̄prie causaliter requiritur q̄ ita esse sicut signatur per antecedens sit causa quare ita est sicut significatur p̄ consequens. Dico sic nō potest esse in p̄posito. vt patet ex dictis et alias magis declarabo si opus sit. Ex his ergo patet q̄ ratio dicti magistri non valet quādo ipse dicit per determinationē diuine voluntatis. et igitur per eā. Unde nego antecedens. cōsequentia. et cōsequens ad intellectum quē intēdit iste magister. Dico igitur primo. q̄ antecedens de virtute sermonis est falsum. quia ista oratio esse futuri. p̄ nullo supponit plus q̄ ista esse nibili vel chyme re. Ideo per nullā causam ponitur aliquid in esse futuri. Secundo dico q̄ illud antecedens est falsum ad sensum quē intēdit iste magister. Intelligit enim q̄ determinatio diuine voluntatis est causa q̄ aliquid est futurum sed postea ostēdam q̄ hoc est falsum. Tercio dico q̄ supposito q̄ illud antecedens esset verum ad p̄dictū sensum. tamē cōsequentia nō valet. intelligendo cōsequens ad sensum quē intēdit iste magister. vt patet ex dictis. Et hec sunt dicta contra. et c.

Hunc descēdo ad collationē habendam cū duobus alijs patribus meis reuerēdis. et c. et iuxta materiā primę partis secūde cōclusionis ponā cōtra eos sex p̄positiones collationes. Prima et p̄ncipalis est ista. Sicut diuina voluntas potest esse efficiēs causa solum respectu entitatis que potest esse vel fieri. sic sola talis entitas potest esse terminus seu effectus causalitatis dei. prima pars euidenter sequitur ex p̄ma parte dictę cōclusionis. et etiā secunda pars sequitur ex prima. Secunda p̄positio est sicut negatio et p̄-

uatio sic nec p̄teritio nec futuritio potest effici a deo. patet ex p̄cedenti. quia nullū tale est aliqua entitas siue effectus causalitatis. Tercia p̄positio est. sicut diuina potentia nō potest facere p̄teritū nō fuisse. sic nec futurū nō fore. patet ex p̄cedenti. Sed oppositū huius tenet frater Job. et c. qui in secūda cōclusionē primī articuli ponit istam p̄positionē. Et si summi entis infinita potentia possit facere futurū nō fore. nō potest tamen facere p̄teritū nō fuisse. Primā partē probat. quia nullū futurum necessario eueniet. imo quodlibet futurū nō fore est possibile. Igitur cū deus sit omnipotēs sequitur q̄ potest facere ipsum nō fore. Secūdam p̄bat. quia p̄teritū nō fuisse p̄teritū est impossibile. ergo hoc deus facere nō potest. p̄sequentia tenet et antecedens patet. quia ad illud sequitur aliquid fuisse et illud nō fuisse. et c. Si licet cōcedam istā secūdam partē. nō tamen propter p̄dictā probatōnē. vt patebit. Primam autē partē negant. et cōtra eam arguo sic. Quia futurū nō fore non potest esse aliqua entitas que sit terminus aut effectus causalitatis diuine. Igitur et c. antecedens est clarum et cōsequentia patet per p̄dicta. Secūdo illa oratio futurū nō fore nō supponit p̄ aliquo in illa p̄positioe. Igitur cū sit affirmatiua ipa est falsa. cōsequentia tenet. et antecedens patet. quia ista. deus facit futurū non fore. implicat cōtradictōnē vt patet. et c. Ex his ergo patet q̄ ratio sua nō valet quando dicit. quodlibet futurū potest nō fore. igitur et c. nego cōsequentiam. et ratio patet ex dictis. quando etiā dicit p̄teritū nō fuisse est impossibile. et c. igitur et c. cōcedo cōsequens sed nō p̄pter istam probatōnē quia supposito q̄ ego cōcederē q̄ p̄teritū nō fuisse esset possibile adhuc tamē nō cōcederē q̄ deus potest facere p̄teritū nō fuisse. Cōcedo em̄ antecedens. propter articulū parū et nō propter illā probatōnē. quia ad illud sequitur aliquid fuisse et illud nō fuisse. Nam licet illud sequatur ex eo. quia ad impossibile sequitur quodlibet. q̄ tamen hoc sequatur nō potest probari p̄ q̄ possit probari q̄ ad futurū posse nō fore. sequitur aliquid fore. et illud nō fore. Ideo et c. Et sic sit dictū p̄ra istum reuerēdū p̄p̄ et c.

Quarta p̄positio et p̄ncipalis sit ista cōtra fratrem Robertū et c. licet diuina causalitas sit infinita et immēsa. nō tamen immēse solum finitē causat quidquid agit ad extra.

In primū sententiarum

Prima pars patet ex dictis. quia diuina causalitas est diuina voluntas. que est infinita et immēsa. Sed oppositū secūde partis tenet dictus re. pater. qui in primo articulo ponit istam tertiā cōclusionē. Sicut prima causa est immēsa intrinsece formaliter sic eide correspōdet immēsum agere vere et realiter. cōsequentia probat. quia ipsa agit. et ad cuiuslibet effectū productionē cōcurrit per illud idē per qd ipsa est intrinsece et formaliter immēsa. Unde arguitur sic. Sit a. aliquis effectus productus. et sit b. virtus p̄me cause que producit illū effectum. vel igitur b. cōcurrit ad productionē ipsius a. s̄m suū totum conatū vel non. Secūdu non potest dari. quia talis virtus est impartibilis. igitur oportet dare primū. et per consequens talis virtus sicut est immēsa et immēsi conatus. sic immēse agit. Unde ex hoc infert q̄ omne pducere diuinū actiū est equaliter producere. id est omne quod deus agit equaliter producit. Ex quo vltius infert. q̄ hec cōsequentia nō valet. deus eque intēse producit a. et b. duos effectus. ergo a. et b. sunt eque intēsi. Sed contra ista arguo primo sic. nulla res plus vel minus producit ab aliqua causa. q̄ ipsa sit in sua natura. Sed omnis res ad extra producta solū finitē est. sicut ipsa ē finitā essentia. ergo nulla talis infinite producit a prima causa.

Secundo arguo ex dictis ipsius p̄ra eius. quia in primo correlative prime cōclusionis primī articuli ipse concedit. q̄ licet deus ad esse rei influat p̄ solū suū intelligere et velle eternale. suū tamen influere est solū temporale. Qui rationē ponit. quia omnis mensura in qua res ad extra est producta est temporalis. et per cōsequens deus temporaliter influit. ergo pari ratione deberet cōcedere q̄ licet pducere diuinū sit immēsum. tamen solū mēse et finitē producit. quia res pducta est finitā. Tercio si dicta eius essent vera et ratio sua bona. tunc ipse haberet cōcedere q̄ deus immēse et equaliter diligit omnia. et nō p̄ diligit seipsum q̄ creaturā. nec vnam creaturā plus q̄ aliam. cōsequens nō esset bene securū. Sed cōsequentia patet. quia dilectio qua deus diligit omnia. est immēsa et c. Unde contra eū sit hec quinta p̄positio. licet diuina causalitas sit impartibilis. nec possit esse maior et minor in diuersis effectibus. non tamen equaliter causat. sed inequaliter con-

currit ad inequales effectus. Patet per simile de diuina dilectione sicut iā tactum est.

Sexta p̄positio sit hec q̄ ista cōsequentia non valet. diuina causalitas s̄m suū totum conatū et cōcursum immēsum producit a. effectum. ergo immēse producit ipsam patet ex dictis. datur em̄ instantia de dilectione dei. Ite datur alia instantia. quia nō seculitur sciētia et voluntas dei. qua deus scit et vult antichristum fore est necessaria. Igitur deus necessario scit et vult antichristum fore. et ita non sequitur conatus vel concursus dei quo producit. a. est immēsus. ergo deus immēse producit a. Ex his ergo clare patet q̄ ratio huius re. pa. non concludit. Et hec sunt dicta cōtra. et c.

Principiū in secundo sententiarum

Benam doctri-

na hec bona. Ista questio mota est per me assumptā pro themate. Iterum nunc refutatio. reuerēdi patris magistri ac domini charissimi. Sicut christiana philosophia proficitur p̄ q̄ mūdus materialis vlt̄ eternalis diuine cōceptionis thalamo produce-

retur in esse. optimus eorū artifex et genitor deus per se omnino sufficiens nulla indigebat creatura. Erat quippe fons luminis. seminariū vite. thesaurus bonitatis. et summe plenitudo sciētie. in quo velut in speculo tersiori lucebant luce clarius vite viuentis imagines. notiones eterne. mūdus intellectualis. et idealis rerū omnīū cognitio p̄finita. nullo igitur indigebat. quoniam quidquid factū est in ipso vita erat. Jobis p̄mo. Unde liquet q̄ nulla prosus fuit mūdane creationis ratio nisi sola bonitas creatoris. Ipse em̄ summe bonus bona singula de sola bonitate creauit et tanq̄m optimus omnium artifex quod ab penetrabilibus mentis eternaliter conceperat quasi materiali verbo temporaliter euocans mūdī creationē quasi materiale p̄ceptū expressit. Dixit em̄ deus. fiat mūdus est. et factū est ita. Genes. i.

Nec est itaq̄ vera de mūdī creatiōe sententia quā xp̄iana phia p̄fitef imo quā inueterata phoz gētilū licet i tenebris abulāz

Principium

non tamē penit⁹ diffitet. Un̄ Plato phus. Opificē inquit genitorēq; vniuersitatis tā inuenire difficile q; inuentū digne profari. Sed attēdite queso dilectissimi qualiter p̄ missam sniam om̄is creatura dei solo hōie anormala exceptione secluso vnanimīter cōfiteatur z deū suū quantū in se est p̄dicat z fatetur. Cōsiderate p̄mitus celestia. Ecce em̄ solare corp⁹ diē illuminat. lunaris globus cū ceteris planetis ac stellis noctē irradiat. Et vt ego positōes sidereas celiq; leges breuiter enumerē. Satis patet ad oculū q; celi enarrant gloriā dei. z opa manū eius annūciat firmamentū. ps. xviij. Cōsiderate superius ethera. Ecce em̄ aer legib; obtemperans creatoris. nūc aura beniuola gratulat⁹ nūc nubib; fletib; quasi cōpatiēns lachrymat⁹. nūc plūis ventozū irascit⁹. nūc tonitruus cōcutit⁹. nūc calore decoquit⁹. nūc austeritate frigoz asperat⁹. Cōsiderate inferius terrestria. Ecce em̄ terra sui creatoris iussu implens. nūc fluitib; nūc gramīnib; nūc siluīs comātib; hylarescit. ps. frugib; ps. virefcit arborib; pars odoratis aspirat. pars victum animātib; subministrat. ps. gēmis. ps. metalloz generib; est fecūda. Cōsiderate vlt⁹ terius viuētia. Ecce em̄ volucres celi z aeris pisces aque z maris. ac singule bestie terre: dei ordinatōe z inspiratōe nature quantūz sensualitatis patit⁹ inertia q; possunt obsequijs creatori suo venerabiliter famulantur. Sed qd mee narratiōis curiculū vltra vagari pmitterē cū iam ad sensum pateat vniuersis qualiter creatori suo singule creature sue regulariter obsequunt⁹. qualiter eis auct⁹ celū. famulat⁹ aer. hūc colit tellus. veneratur vnda. hūc velut mūdi dñō tributum singula soluit. Et vt breuiter dicā qualiter sibi om̄e genu flectit celestū terrestriū et infernoz. Phil. ij. Sed aduertite charissimi. qualiter sol⁹ homo cū vniuersa lege sue originis diuinis legib; teneant⁹ obnoxia. hui⁹ vniuersitatē except⁹ a regula. irregulariter i dñi sui maiestate litigiosum ausus est excitare tumultū. Qualiter sol⁹ homo cui de⁹ om̄e nē dederat creaturā in iuridice dñatiōis sibi sectum. imo cui seipm creatorē dederat i beatifice dilectiōis obiectū. ingratiissim⁹ oim creaturaz. deo furtū sup̄st⁹ facies. in hostē suū p̄m̄ se suo trāstulit ab actore. z veri domini sui ausus p̄uacare preceptū ei debite honoris denegauit tributū. Qualiter solus

homo fact⁹ sui ad imaginē creatoris. in terram beu miser deposuit accepta diuinū insignia deitatis. z a sua generositate degenerans. om̄e gl̄iam suā sic in nihilū vsq; deduxit. vt in brutalis lapsus cecitas occasus illud horrendū audire mereret opprobriūz. Homo cū in honore esset nō intellexit comparat⁹ est iumētis z similit⁹ fact⁹ est ill⁹. ps. xlij.

Sed pensate q̄so dilectissimi qualiter homo iste sic cecus. sic errabūd⁹. sic deus. sic delir⁹ sola sui creatoris misericordia. ad viā reducit veritatē. Vidēs em̄ misericordē dei hōiem quē plasmauerat sic dānabiliter oberrare. nonā euāgelice legē doctrinā a regib; celi sedib; in terrā misericordit⁹ delegauit. vt p̄ ea edocet⁹ homo ab erroris deuio resiliat. z quē diu neglexerat suū recognosceret creatorē. Hec siquēdem est doctrina penetrans vt gladi⁹. cōterens vt malle⁹. ardēs vt facula. rutilās vt lucerna. que velut gladius oim erroz abscondit zizanas. Que velut malle⁹ hereses interimit vniuersos. Que velut facula nostroz fasciculos criminū caritatis feruore cōburit. Que velut lucerna p nocturna mūdi hui⁹ silētia lumē cōmeantib; exhibet ne pedē suū ad lapidē erroz exul homo z pegrin⁹ offendant. De qua optās ppheta dicebat. Lucerna pedib; meis p̄buz tuū. z lumē semitis meis. ps. cxvij. Nō igit dū ad hanc doctrinā nouā euerit intus ab erroris somnio excitat⁹. Sed turbato ad huc oculo rōis a tāte vici⁹ sublimitatis excellētia in admirationē rapit⁹ z in admiratiue q̄stionis cogit⁹ p̄mpe p̄ba dicens. Que nam doctrina hec noua. q̄ fuit questio v̄ris p̄posita reuerentijs a p̄ncipio B Ad quā q̄dem questionē sicut alias dicebat magister sniaz in q̄dripartito hui⁹ libri volumine sub quadruplici cōclusionē respōdet.

Prima est q; hec doctrina p quā summa dei mysteria secret⁹ reuelant⁹ in p̄mo Secunda est q; hec doctrina p quā noua mūdi vestigia subtilius declarant⁹ in secundo.

Tertia est q; hec doctrina p quā mīra b; bi cōmercia sublim⁹ referant⁹ in tertio.

Quarta est q; hec doctrina p quā pia lapsi remedia suau⁹ p̄p̄nant⁹ in quarto. Per ipsam nāq; reuelant⁹ secret⁹ velata mysteria sū me trinitatē quo ad p̄mū. p ipsam declarant⁹ subtilius creata vestigia nouē entitatē. quo ad secundū. p ipsam referant⁹ sublim⁹ sacra cōmercia mire charitatis. quo ad tertius

in secundū sententiarū

per ipsam p̄p̄nant⁹ suauis oblata remedia pie sanitatis q̄ ad quartū. Nā i hoc quadripartito sniaz libro tractat magister q̄dru plex xpi nouē z euāgelice legis archanū euangeliste Iohāni diuinū inspiratū Ioh. j. Primū est q; in principio erat verbum z verbum erat apud deū z de⁹ erat p̄bum. Nō est beate trinitatē summūz mysteriū in p̄mo libro. Secūm est. q; oia p ipm facta sunt et sine ipso factū est nihil. qd est create entitatis nouū vestigiū. in scdo libro. Terciū est. q; verbum caro factū est. qd est diuine caritatis mirūz dmeritū in tercio libro.

Quartū est z habitauit in nobis z vidimus gl̄iaz ei⁹. qd est humane sanitatis p̄m̄ remediū in q̄rto. Sic igit p hac doctrināz alit⁹ erigit⁹ humanus p̄spect⁹ q̄ ad p̄mū. Dulci⁹ instruit⁹ hūanus aspect⁹ q̄ ad secūduz. Rectius dirigit⁹ human⁹ p̄fectus q̄ ad terciū. Vni⁹ corrigit⁹ human⁹ defectus q̄ ad quartū. Nā magister in hoc sniaz libro cor̄spōdenter ad p̄missa Ad erigendū p̄spectū hōis agit de cognitōe dei p̄fecti luminis in p̄mo. Ad instruendū aspectū hōminis agit de creatōe mūdi effecti germinis in secūdo. Ad dirigendū p̄fectūz hōis agit de cōmunionē p̄bi affecti numinis in tercio. Ad corrigendū defectū hōis agit de curatōne lapsi infecti hōis in q̄rto. De sunt igit q̄tuor cōclusiones ad p̄positā q̄stionē respōdales q̄s m̄g⁹ sniaz p̄tractat. De q̄rū secunda nūc solū dicendū est. reseruat⁹ alijs suis locis. Secunda igit cōclusio est et hūc secūdo libro sniaz cor̄rūdes q; hec est doctrina p quam noua mūdi vestigia subtilius declarant⁹. Per ipsaz em̄ declarant⁹ subtili⁹ creata vestigia nouē entitatis. Nā in h secūdo sniaz libro tractat m̄g⁹ illud doctrine xpi nouē euāgelice legis archanū euangeliste iohāni diuinū inspiratū Ioh. j. Oia p ipsum facta sunt z sine ipso factum est nihil. Nō est create entitatis nouū vestigiū. Ubi queso videte carissimi circa vestigiū nouē entitatis q̄tuor subtilius dclari. Primū est vniuersoz p̄ductio. Quia oia p ipm zc. Secūdū est p̄ductoz creatio. q; p ipsum facta sunt. Terciū est creator auersio. quia factū est nihil id est p̄ctū. Quartū est auersioz conditio q; sine ipso factū est nihil. Tēstē fidem Augustino peccati p̄ditio est q; sicut ipm nihil ē sic a deo factū nō est. Hec

est em̄ secūdi libri sniaz principalis materia z sentētia generalis. Sic igit p hanc doctrinā dulci⁹ instruit⁹ humanus aspect⁹ Nā m̄g⁹ in hoc secūdo ad instruendū aspectū hōis agit de creatōe mundi effecti germinis. ostēdens q̄ntum ratio caput hūmana. qualiter ex mūdi creatione intelligatur creator oipotens. ex cōseruatōne om̄i faciens. ex dispositione om̄i sapiēs. ex regimine puidus. ex pulcritudine p̄fectus. ex magnitudine sempitern⁹. Sed inuile cēleo vt p plura discutamus cum oē qd aparet in vniuerso mūdo a summo vsq; deorsum z q̄quid est bonitatē in vniuersa serie seculoz non aliud sit q; vestigiū tenuissimē imp̄sionis z velut vmbra dissimil⁹ apparitiōis abyssalis illi⁹ bonitatis quāz nec assequi loq̄la nec attingit cogitatus. Hec est itaq; scdē cōclusiōis snia. hec ē hui⁹ secūdi libri sniaz doctria p quā homo ex aspectu creaturaz instruit⁹ in quālecūq; noticiā creatoris. p quā vt verbo apli vtar iuisibilia dī a creatura mūdi p ea q̄ facta sunt intellecta p̄spiciunt. sempiterna quoq; virt⁹ eius z diuinitas Ro. j. Ad cuius cognitōne p̄fectam nos puenire concedat Qui sine fine viuit z regnat Amen.

Juxta thema collatiōis In p̄mo principio meo talē formaui titulū questiōis. Vt doctrina xpi noua sit lex p̄fectissima. Et q; p̄fectio legis xpi ex q̄tuor pōt specialiter declarari. Primo ex p̄fectione preceptoz que ab ipsa iubent⁹. Secdo ex p̄fectione credendoz que in ipsa docēt⁹. Tercio ex p̄fectione meritorū que sub ipsa habent⁹. Quarto ex p̄fectiōe p̄miorū q; ex ipsa debent⁹. Ideo iuxta hec q̄tuor p̄icta titulus p̄positē q̄stionis diuisus fuit i q̄tuor titulos p̄iales circa quatuor libros sententiaz p̄tractandos Primus est vtz lex xpi sit in p̄dictis rectissima. Secundus vtz lex xpi sit in credendis certissima. Tercius vtz lex xpi sit in meritis gratissima. Quart⁹ vtz lex xpi sit in p̄m̄is iustissima Unō sub his q̄tuor titulis in q̄tuor libri sniaz p̄ncipijs quatuor difficultates p̄positū p̄tractare. Prima est de legis xpi z diuine volūtatis recta z formitate. Secunda est de legis xpi et sue veritatē certa p̄babilitate. Tercia est de legis xpi meritoria credulitate. Quarta est de legis xpi p̄m̄iatoria equalitate. Expedito igit p̄mo titulo in p̄mo principio restat expedire scdm

Principium

Queritur ergo. vtrū lex xpi sit in creden-
dis certissima. Et arguit pmo q nō. Quia
illa lex non est in credēdis certissima q do-
cet credere illa q sunt cōtra rationē. et quo-
rū opposita sunt cōsona rōni. sed lex christi
est hmoi. igit rē. Maior patz. qz lex certis-
sima debet esse pbabilis et rōni psona. Sz
minor pbat. quia lex xpi docet credere vna
essentia simplicissima esse tres res. et quali-
bet illaz vna. et eandē psonā esse boiez et de-
um. vna rē indiuiduā esse in pluribz diuer-
soz locoz distantium. et alia multa q appa-
rent manifeste ptra rationē et quoz opposi-
ta apparēt cōsona rōni. Ideo dicit apłus
q fides est argumentū nō apparentiū. De.
p. quare rē. Secūdo arguit sic. qz lex il-
la non est in credēdis certissima q docet
credere aliqd qd nō est firmiter tenendum.
Et cuius oppositū est pbabiliter asserēdū.
Sed lex christi est hmoi. igit rē. Maior
patet. Sz minor pbat. qz lex christi docet
credere q volūtas diuina est lex seu regula
simpliciter prima sicut dclaraui in primo
principio meo. et tū istud nō est firmiter te-
nendū. imo oppositū est pbabiliter asseren-
dū sicut declarauerūt plures patres et ma-
gistri mei reuerēdi qui contra me in suo p-
mo pncipio oppositū tenuerūt vt ista pate-
bit. igit rē. In oppositū arguit p Augusti-
nū in libro de fide ad petruz. vbi de qlibet
veritate legis xpi dicit. firmitissime tene et nul-
latenus dubites. p hoc docēs q lex christi
ē in credēdis certissima et firmitissime firat.
D In ista qstione iuxta materiā duo-
rū argumentoz aū oppositū duo erūt arti-
culi. Primus erit positio et respōsiū ad
principale qstū. Secundus erit collatiū
et respōsiū ad secundū articulum. Di-
misso aut p nunc pmo et principali articulo
doq alias videbit solū dicam de secundo
in q querit vtz voluntas diuina sit lex seu
regula simpliciter prima. Et qntū ad istū ar-
ticulū solū recitabo illa q dclaraui in pri-
mo pncipio meo. et q arguerunt reuerendi
patres et mgi mei cū qbus indigno cur-
ro. dicta mea p posse a ptradictōe pbabi-
lit defendēdo. vñ in hac pñti actu solū intē-
do pferre cū illis magistris q in pmo pnci-
pio meo impugnaverūt rē. cum alijs q in
pmo pncipio ipugnant in alijs pncipijs
collaturus. Prima igit positio est q vo-
luntas diuina est lex seu regula obligatoria

in genere legis obligantis simpliciter pma.
Secunda est q voluntas diuina est lex
seu regula obligatoria alicui rei qz vult ip-
sam ad aliquā rem esse vel non esse teneri et
iste fuerūt due principales cōclusiones in
primo pncipio meo respōsales huic articu-
lo. Tercia positio est. q impossibile est
aliquā rem obligari alicui legē et non
sic obligari a diuina voluntate. Quar-
ta est q possibile est aliquā rem obligari a
diuina volūte et non ab alia lege. et iste se-
quunt ex pma. Quinta positio est q oē
peccatū est cōmissio vel omissio ptra legis
phibitionē vel pceptū. Sexta est q nul-
lum est ex se peccatū sed p se qz lege pbi-
tum. et iste sequunt correlarie et supradictz
rē. Oppositū tamē predictaz positionū
q ego posui et pbauit in primo pncipio
meo tenuerūt aliq reuerēdi patres et magi-
stri mei. Un pferēdo cum eis tenebo ordi-
nē quē materia exigit et fm q p dicit positio-
nes in se mutuo psequunt. Et igit
contra primam positionē arguit frat Jaco-
bus rē. Et pbauit tria dicta. Primū q vo-
luntas diuina nō debet p pte dici lex seu re-
gula. Secundū q voluntas diuina non sit
simpliciter pma lex seu regula. Tercū q p rōes
meas nō sufficienter pbat illa positio pri-
ma. Ad pmiū arguit tripliciter. Primo
qz voluntas diuina non pmo est rectū vt
oia sint ordinatissima. igit rē. psequētia tenet
qz fm Augusti. pmo d libero arbitrio. lex
pma et eterna est qua iustum est vt oia sint
ordinatissima. Et antecedens pbat. qz oīe
qd iustū et rectū est a rectitudine rōnis pma-
rie iustū et rectū est. ergo pns est iusticia et
rectitudine rationis esse qz iusticia et recti-
tudine voluntatis esse. et p psequēs prius
est rationē et legem esse qz voluntatē. Se-
cundo sic esse summā rationē p prius puer-
nit intellectui qz volūti ergo esse summā
legē. tenet psequētia p August. vbi supra dī-
centē q lex eterna est summa rō cui semper
obtpandū est. et antecedens apparēt. qz qz cō-
formiter se habet electio ad voluntatē taz
ratio ad intellectū rē. Tercio sic minus
p pte appropriat summo intellectui boni-
tas. igit et summe volūti veritas. et p pse-
quens esse legē eternā. tenet vltima psequē-
tia p bñm August. I de vera religione dicit
tē q apparēt sup mentē nostrā legē esse eter-
nam q veritas dicit. Et assumptū pbat qz

in secundū sententiarū

q olibet obiectū vnius potentie minus p-
prie assignat alteri potentie sibi non subor-
dinatē. Sed sic est q bonitas est obiectum
adequatū voluntatis. et veritas intellectus.
igit rē. F Iteratōes prima facie sūt
apparentes. Sed ad repellendū causas ap-
parentie et ostendēdo causam defectus po-
nā ptra istū reuerendū pa. qtuor positioes
Prima positio est. q volūtas diuina et
diuinus intellectus seu rō sunt oibz modis
idem tam formaliter qz realiter. nec distin-
guunt inter se aliquālit. Ad declaratōes
aut huius pmitto qtuor regias. Prima
est. q nunq aliq positio est cōcedenda nisi
cogente fidei auctoritate. cuius oppositū
apparēt euidens circūscripta fide. vñd pa-
tet q nulla positio ita difficilis ad sustinen-
dū sicut positio d trinitate est concedenda
nisi cogente fidei auctoritate. Secūda
est q nunq similis expōitō debet nega-
ri nisi vbi cogit auctoritas fidei. Tercia
est q nunq debet concedi aliq cōtradictō-
ria de eodē verificari et natura rei nisi vbi
cogit auctoritas fidei. patet. cū valde diffi-
cile sit sustinere aliqua ptradictoria de eo-
dē verificari etiaz in positione de trinitate
ad quā cogit auctoritas fidei. Quarta ē
q nunq debet pcedi aliq ptradictoria ve-
rificari de terminis supponentibz p eodez
puerbiliter puerione regulata p qdquid
seu alio mō equialēter. patet ex predictis
Et iste regule possunt declarari sz eas sup-
pono. qz nullus amator veritatis debet eas
negare. vñd q eas negat magis sunt cachin-
no irridendi qz argumēto reprobandi. sicut
diffuse alias dclaraui. Et his pbat ppo-
sitiō. pmo. qz positio cōcedens q volūtas
diuina et intellectus diuinus seu ratio nō
sunt oibz modis idem sed distinguunt for-
maliter est ita difficilis ad sustinendū sicut
positio de trinitate. imo difficilior. quia ita
difficile vel difficilior est ymaginari q plu-
res formalitates sint eadez res sicut q plu-
res res sint eadē essentia. qz inimaginabi-
le est q sit aliqua nō identitas siue distinctō
nisi pluriū distinctoz. et inimaginabilis ē
pluralitas nisi rez. Unde videt pbabile q
si ecclesia minorē nō identitatē siue distin-
ctionē potuisset ymaginari qz realem illam
ad minus apparēter obuiandū diuine sim-
plicitati. diuinis psonis attribuisz. Cum
igit ad ponendū talem distinctionē inter

voluntatem et intellectū nō cogat fidei au-
toritas. sed oia tradita in scriptura sacra et
determinatione ecclesie possint saluari nō
ponendo eā. imo eā nō ponere magis con-
sonet diuine simplicitati. sequitur p primaz
regulā q talis nō sit ponenda. qre rē. et ha-
bet positum rē. Secūdo arguit expōitō-
rie sic hec voluntas diuina est oibz modis
idem volūti diuine. hic intellectus diuinus
est hec volūtas diuina. ergo hic intellectus
diuinus est oibz modis idem voluntati di-
uine. pmissum sunt vere. et psequētia ē sillogis-
mus expōitōrius. q nō debet negari in p-
posito sicut patet p secundā regulā. igit rē
Tercio. Voluntas diuina et diuinus in-
tellectus sunt idem. et ista p dicitā sunt con-
tradictoria scz esse idem formaliter volun-
tati diuini. nō esse idem formaliter volun-
tati diuine. ergo nō debet pcedi de volūta-
te diuinā et intellectu diuino sicut patz per
secundā regulā rē. Quarto Quicqd est
volūtas diuina est intellectus diuinus. et
econtra. igit de ipsis nō debet pcedi p-
dicta cōtradictoria sicut patet p quartam
regulā. et p psequens apparēt pma positio
pbata. B Secūda positio est q qd
quid ex natura rei puenit diuine volunta-
ti puenit et diuino intellectui. Ista patz ex
pdictis et specialiter ex tertia et qtra regulā.
Aliter em pdicta ptradictoria verificaren-
tur de eodē. Tercia positio est. q si intel-
lectus diuinus est lex seu regula obligato-
ria etiam voluntas diuina et econtra. patet
ex pdictis etiam arguendo expōitōrie. Et
ideo patet q dicit reuerendus p in suis ra-
tionibz assumit multa falsa. Un pmo fal-
sus est qd assumit in prima ratōe. scz q pri-
us est iusticia et rectitudine ratōis esse qz iu-
sticia et rectitudine voluntatis esse. et qz p-
us est ratio legis esse qz voluntatis esse. quia
ratio diuina et volūtas diuina sunt penit
idem. et quicqd ex natura rei puenit ratioi
puenit volūti rē. Secundo falsus est
qd assumit in secūda ratōe scz q esse sum-
mam rationē p prius puenit intellectui qz
volūti. qz ita p pte et de virtute sermonis
verū est q voluntas diuina est ratio sum-
ma sicut q intellectus diuinus est ratio sum-
ma cui semp obtpandū est. rē. Tercio fal-
sum est qd assumit in tertia ratione. scilicet
q bonitas nō est obiectum intellectus di-
uini nec veritas obiectum voluntatis di-

Principium

uine qz quicqd est obiectu huius est obiectu illius. Quarta ppositio non obstat rñ pdictis est ista. qz p m moduz loquendi sanctorz et doctorz magis p pte appropriat voluntati diuine esse legē obligantē qz intellectui diuino. Ita qz hec ē de p se vera. voluntas diuina est lex obligatoria. Et rō est qz sicut modus loquēdi doctorū est qz voluntas diuina est causa effectiua rerū et nō intellectus. et eo qz qdquid voluntas vult est vel fit. et nō qdquid intellectus intelligit. ita in pposito qdquid voluntas vult obligari obligat. et nō sic de intellectu. Unō hec psequētia est bona voluntas diuina vult forte obligari ad a. g. fortes obligat. et ideo ista est p se vera. voluntas diuina est lex obligatoria. et nō ista intellectus diuinus ē lex obligatoria. quia vtracqz sit vera. quare zc.

B Ad secundū principale pbandum arguit dictus reueren. pa. sic. qz ab omni lege simplr prima ois alia deriuat. sed a voluntate diuina nō ois alia lex deriuat. igit zc. Maior patz. qz a pmo in vnoquoqz genere oia alia eiusdē generis deriuant. et minor ē p pbat de legibz negatiuis que non emanat a diuina voluntate. sicut est ista. nō furtuz facies. Tum primo. qz si diuina voluntas nō esset. adhuc nō furtū facere esset. Tum secundo. qz nō furtū facere non habet rationē entis. igit nec boni nec volibilis. Tum tertio. qz talis negatio nō est obiectu diuine voluntatis. nā pari ratiōe quilibet alia negatio esset obiectu diuine voluntatis. qre zc. Aliquas alias ratiōes facit dicit reuerendus p. quas cā breuitatis dimitto. quia possunt solui sicut iste oino pari mō.

Unde breuiter ad istā dico negando minorē. Et ad pnam pbationē dico qz ad impossibile sequit quodlibet. ideo si diuina voluntas nō esset. nō furtū facere esset et nō esset. quare patz qz istud nihil facit oino ad ppositum sicut patet cuilibet intuenti. zc.

